



**Libri// Officialis// Sive Agendae S./ Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorvm, 1574

VD16 A 766

De Casibus reseruatis Reuerendiss. Archiepiscopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](#)

De Sacramento De Casibus reseruatis.

Casus reseruati dicuntur peccata quædam grauiora & maiora, quæ à Romano Pontifice, & Episcopis sancte & iuste reseruantur, à quibus inferiores absoluere nō possunt, & si absoluunt de facto, peccant, & irrita & nullius momenti est absolutio.

Ratio huius est duplex, utilitas non minima. Prior, quia hæ ratione deterrentur à grauioribus peccatis perpetrando.

Quod enim à quo quis absolui potest facilius commit-
titur. Altera verò, quod maiores, & periculoso-
res morbi reseruantur peritioribus
medicis.

CASVS RESERVATI REVE rendissimo Archiepiscopo.

- I **P**eccatum Clerici, propter quod incurrit Irregularitatem.
- II **V**otorum violatio, maxime post votum Castitatis matrimonio cō-
tracto.
- III **C**rimen incendiarij.
- IV **P**eccatum omne, propter quod solemnis poenitentia indicenda est.
- V **O**mnis Excommunicatio maior à Reuerendissimo Archiepiscopo,
eiisque officialibus lata.
- VI **S**usceptio Tonsuræ, vel ordinis alicuius ab alieno Episcopo, sine fa-
cultate Reuerendissimi Archiepiscopi, tanquam ordinarij.
- VII **H**omicidium voluntarium, factō, vel præcepto, consensu, consilio,
adhortatione, vel quocunque modo perpetratum.
- VIII **M**achinatio in mortem proprij, vel propriae coniugis.
- IX **C**rimen Falsariorum, tam monetae, quam litterarum, & instrumen-
torum publicorum.
- X **V**iolatio Ecclesiastica libertatis, vel immunitatis.
- XI **S**acrilegium, Diuinatio, Incantatio, & similia Magica.

Min-

Poenitentiae.

LXXXVII

- | | |
|--|---------------|
| M inistratio, & executio ordinis sacri non suscepiti. | xii |
| C elebratio Missæ à non ieiuno, sine vestibus sacris, in altari non consecrato, loco, aut tempore interdicto, scilicet inter facta. | xiii |
| A busus hostiæ, Chrismatis, Olei sacri, vel cuiusvis rei sacratæ. | xiv |
| O mnis inhonestas circa Eucharistia sacramentum, vel culpa, vel negligentia commissa. | xv |
| S ecundarum nuptiarum benedictio. | xvi |
| epultra Hæreticorum, & publicè excommunicatorum, in loco sacro. | xvii |
| B erurium Clericorum, attactis sanctis Euangelij. | xviii |
| P ercussio parentum, vel enormis eis irrogata iniuria. | xix |
| C rimitia latrocinantium, & insidiantium, viatoribus & itineribus. | xx |
| D eclaratio violenta virginum, & earundem raptus. | xxi |
| M atrimonium cum aliquo, vel aliqua initum viuente adhuc coniuge. | xxii |
| M atrimonium contractum, cum illa, quam, viuente marito, per adulterium cognouit. | xxiii |
| C onceptus prole ex alieno, quem maritus pro suo, nescius, educat. | xxiv |
| O ppressio prolis studioſa, vel ex negligentia, tam ante partu, quam post partu. | xxv |
| P rocuratio sterilitatis, vel abortus. | xxvi |
| C oitus cum Moniali, vel consanguinea, vel Iudæa, & contra. | xxvii |
| S odomia, & cum Brutis congressio. | xxviii |
| C ommixtio Sacerdotis cum filia sua Spirituali, quam scilicet baptizavit, vel cuius confessionem audivit. | xxix |
| O mnis enormis blasphemia in Deum, vel Sanctos. | xxx |
| C rimen hæresis, iuxta Concilium Tridentin. Sess. 24. cap. 6. de Reformatione. | xxxi |

H 2

Sequun